

hergestellt; ¹⁹⁾ sie heisst also *Licania apetala* Fritsch und nicht Kuntze.

In Bezug auf die Nomenclatur der *Licania Turiuva* Cham. et Schldl. ²⁰⁾ steht Kuntze mit mir in Widerspruch. Ich habe den ältesten Speciesnamen (*octandra* Hoffgg. unter *Hirtella* ²¹⁾) nicht in Anwendung gebracht, weil die Diagnose ganz unzureichend ist und die Pflanze in der Regel 10 und nicht 8 Stamina hat. ²²⁾ Kuntze nennt sie aber *Licania octandra*. Namen, welche Unrichtigkeiten involviren, sollte man nicht der Priorität halber vorziehen. Ausserdem passt die Diagnose der *Hirtella octandra* auf mehrere verwandte Arten ebensogut, während der von Chamisso und Schlechtendal gegebene Name von einer ausführlicheren Beschreibung begleitet ist.

Kuntze beschreibt in der „Revisio“ auch eine neue Art dieser Gruppe, welche er *Licania affinis* nennt. Da aber ich in meinem „Conspectus“ ²³⁾ schon eine *Licania affinis* (aus der Gruppe *Eulicania*) beschrieben habe, so muss der Name der Kuntze'schen Art geändert werden; ich schlage vor, dieselbe *Licania Kuntzeana* zu nennen.

Plantae novae Orientales.

II.

Von J. Freyn (Prag).

(Fortsetzung¹⁾

Astragalus (XLIV. Rhacophorus) Celakovskyanus

Freyn et Borum. n. sp. Fruticulus humillimus, caespitosus e Traga-cantharum subserie, ramis denudatis, prostratis, ramulis brevibus reliquiis sparsis, erectis subinermibus petiolorum obsitis; stipulorum parte libera triangulari acuta, subglabra, laxe pubescente; foliis parvis, foliolis 5—4 jugis, lanceolatis, acutis (sed non pungentibus, necque mucronatis), subuplicatis, plus minus adpressiuscule hispidulis; axillis bifloris capitula parva, laxa, pauciflora, globosa usque subelongata ad basin ramulorum formantibus; bracteis

¹⁹⁾ *Hirtella apetala* E. Meyer, Plantarum Surinamensis corollarium primum. Nova acta acad. Leopold.-Carol. XII. p. 803. (1825.) Conspectus S. 36 und 54.

²⁰⁾ Chamisso et Schlechtendal, De plantis in expeditione speculatoria Romanoffiana observatis. Linnaea II. p. 530. (1827.) Conspectus S. 57.

²¹⁾ Hoffmannsegg und nicht Willdenow, wie dies Kuntze that, ist als Autor der *Hirtella octandra* zu citiren. Vgl. Römer et Schultes, Systema vegetabilium V. p. 274, wo die Art aufgestellt wird.

²²⁾ Conspectus S. 36 und 57.

²³⁾ Conspectus S. 50.

¹⁾ Vergl. Nr. 12 des vorigen Jahrganges.

coriaceis obtuse ovatis, subtruncatis breviter apiculatis saepe ad quartam partem fisis, plicatis, glabris, margine ciliatis, tubum calycinum aequantibus; calycis albo villosi firmi nec fissili, dentibus tubo dimidio subaequantibus; floribus violaceis, vexilli calyce dimidia parte longioris lamina elliptica vix pandurata senso sensim in unguem ea aequilongum angustata. b. Junio

Pontus australis. Siwas, ad radices montis Yildis-Dagh 1400 m. supra mar. die 8. junii 1890 leg. Bornmüller (Exsicc. no. 1644).

Dimensiones. Fruticulus 5—10 cm. altus; folia cum petiolo 1·5—3 cm. longa, foliola 3—5·5 mm. longa, 1—1·3 lata; capitula 1·6 cm. lata, 1·6—3 alta, calyx 10 mm., vexillum 15 longum.

Species capitulis laxis, saepe elongatis inter Rhacophoros paucos calyce firmo donatos insignis et *A. acmophyllo* Bunge et *A. ambiguo* Bunge affinis. A priori differt reliquiis foliorum sparsis (nec crebris) subinermibus (vix spinosis), stipulis triangularibus (nec lanceolatis), foliolis muticis (nec pungentibus), axillis bifloris (nec 3—4 floris), bracteis ovatis, subtruncatis (nec anguste linearibus), calycis dentibus tubo dimidiata tantum aequantibus (nec eo sublongioribus), vexilli lamina vix (nec eximie) pandurata, ungue aequilonga (nec eo duplo longiore). Ab *A. ambiguo* differt reliquiis foliorum erectis (nec patulis), stipulis triangularibus (nec acuminatis), foliolis 5—4 (nec 7—9) jugis ellipticis (nec obovatis), spina petiolari longioribus (nec ea brevioribus), bracteis ovatis (nec oblongo-lanceolatis), glabris (nec villosis), calycis dentibus brevioribus apice villosis et vexilli lamina forma.

Dicavimus in honorem Dr. Lad. Čelakovský, professoris Universitatis pragensis tschechicae, scrutatori floriae orientalis et botanici e meritissimis.

Astragalus (XLIV. Rhacophorus) candicans Freyn et Sint. n. sp. e Tragacantharum serie; fruticulus humilis pulvinato-erinaceus, ramis brevibus, laxiusculis spinis tenuibus arcuatim patentibus tota longitudine armatis, stipulis ciliatis parte libera membranacea longe triangularibus; foliolis 5 jugis distantiibus, pectinatim porrectis, oblongis spinulosis, subuplicatis, argenteo-tomentosis, spina petiolari longioribus; axillis bifloris, capitulum pauciflorum globosum in medio rami sito formantibus; bracteis tenerrimis anguste linearibus subuplicatis, dorso et apice villosis calyce quarta parte brevioribus; calycis mox fissili dentibus plumosis tubo (sesqui?) longioribus; corolla lutea vexilli calycem superanti lamina basi acute runcinato-auriculata ungue subaequante. b. Exente julii floret.

Armenia turcica. Erzinghan: in monte Sipikor-Dagh die 28. julii 1890 leg. Sintenis (Exsicc. no. 3022).

Dimensiones: Fruticulus circ. 20 cm. altus, caulis et rami usque 7 mm. diametro, spinae 2—3·5 cm., foliola 6 mm. longa et (explanata) 2 lata vel subminora; capitula 2·5 cm. circ. alta et lata, calyx 14—15 mm. longus, vexillum 20 mm. longum.

Affinis *Astragalo Barba Jovis* DC. a quo imprimis differt ramificatione laxa, foliolis pectinatim arrectis, distantibus et corollis luteis (nec purpureis).

Astragalus (XLIV. Rhacophorus) eginensis Freyn et Sint. n. sp. e Tragacantharum serie. Fruticulosus humilis dense erinaceus adpresso argenteo-tomentosus ramis brevibus, crassis, spinis crebris arcuatis erecto vel horizontaliter patulis tota longitudine armatis; stipulis duris, ovatis, breviter acuminatis ad basin dense villosis, apice glabratibus; foliolis 3—4 jugis, spinulam petiolorum superantibus, ellipticis vel obovato-ellipticis, longiuscule spinulosis; axillis 4 floris, dense globoso-capitatis; bracteis orbiculatis et obovatis in eodem capitulo, navicularibus incurvis breviter acuminatis, apice et dorso villoso-pannosis, calycis tubo longioribus; calycis mox fissili villosissimi dentes tubo (triplo?) longioribus, corolla (carnea?) siccatione livescente brevioribus, vexillo rubro-striato panduraeformi bilobo acute auriculato ungue aequilongo; stylo, apice infra stigma parce barbellatum excepto, glaberrimo. ♀. Junio.

Armenia turcica. Egin ad Salachlü, ubi 25. junii 1890 leg. Sintenis (Exsicc. no. 3490).

Dimensiones: Damus circ. 16 cm. altus, caules et rami circ. 8 mm. crassi, spinae 3 cm., foliola majora sine spinulam 10 mm. longa et supra medium 4 lata; calyx 10 mm., vexillum 14 longum.

Indumentum *Astragali Barba Jovis* DC., qui bracteis linearibus et habitu longe differt. Bractearum forma nostra magis affinis est *A. Lamarckii* Boiss. sed ab eo differt indumento argenteo-tomentoso (nec sericeo cano), ramis ob spinarum duratione tota longitudine armatis, foliolis brevioribus, magis obovatis, vexillo bilobo (nec acuto) ungue aequilongo (nec eo longiore).

Astragalus (XLIV. Rhacophorus) erythrocephalus Freyn et Sint. n. sp. e Tragacantharum serie vasta; fruticulus humilis pulvinato-erinaceus, ramis brevibus crassis, rigidis, spinis crebris erecto-patulis tota longitudine armatis inter stipulas villosis; stipulis coriaceis, tomentosis ovato-rotundatis, parte libera brevi triangulari, subacuminata; foliolis 4—5 jugis, parvis, approximatis oblongis plicatis longiuscule spinulosis, dense tomentoso-cinereis et sparse villosis; axillis 3 floris, capitula densa globosa, foliis terminalibus superata formantibus; bracteis amplis valde inaequalibus (obovatis, subdeltoideis, ellipticis vel late oblongis in eodem capitulo), complicatis usque navicularibus, membranaceis, medio dorso et in apice adpresso villosis, margine ciliolatis, intus ad apicem viride reticulatis, calycis tubo longioribus; calycis albo-vilosissimi mox fissili dentibus setaceis valde plumosis, floribus roseis striatis, vexilli calycem parum superantis lamina basi obtuse auriculata ungue distincto aequilonga. ♀. Majo.

Armenia turcica, Karput: in monte Karatasch die 13. majo 1889 leg. Sintenis (Exsicc. no. 335).

Dimensiones: Fruticulus circ. 12 cm. altus, caulis basi circ. 12, rami circ. 5 mm. crassi; spinae 3—4 cm. longae; folia (cum petiolo) 3—4 cm. longa, 6—7 mm. lata; foliola 5—6·5 mm. longa (explanata!) fere 2 lata; capitula circ. 2·5 cm. diametro; calyx 12 mm., vexillum 15 longum.

Species habitu Pterophororum ex *A. tokatensis* Fisch. grege sed ebracteolata et tunc inter Rhacophoras collocanda ubi vexilli forma *A. eriocalyci* Boiss. tantum affinis, sed diversa stipularum parte libera triangulari (nec lanceolata), stipulis tomentosis (nec glabris), foliolis 4—5 jugis (nec 6—7 jugis), axillis 3- (nec 4—6-) floris, ad apicem (nec ad basin) ramorum congestis; bracteis plus minus obtusis (nec acuminatis), viride reticulatis (nec rubellis), vexillo ungue aequilongo (nec eo sesquilongiore) etc.

β.? *depressus* Freyn et Bornm.; humillimus, capitulis sub terram fere congestis, stipulis breviter villosis, inferioribus lanceolatis, superioribus triangularibus; corolla (sicco saltim) violacea; calyce 13, vexillo 14 mm. longo.

Pontus australis. In collibus prope Siwas 1400 m. supra mare die 9. junii 1890 leg. Bornmüller (Exsicc. no. 2130).

Astragalus (XLIV. Rhacophorus) tinctus Freyn et Sint. n. sp. e Tragacantharum serie; fruticulus humilis, pulvinato-erinaceus, ramis brevibus, crassis, rigidis, spinis crebris erecto patulis tota longitudine armatis; stipulis coriaceis basi albo tomentosis et villosis apice glabrescentibus, ovatis, parte libera triangulari acuminata; foliolis 3 jugis approximatis, oblongo-ellipticis, plicatis vel planiusculis, longiuscule spinulosis, dense tomentoso-cinereis et sparse breviterque villosis, saepe ad nervum et etiam tota lamina colore purpureo tinctis; axillis 3 floris, capitula densa globosa, foliis terminalibus superatis formantibus; bracteis coriaceis amplis, valde inaequalibus (orbiculatis obovatis subdeltoideis, navicularibus et planiusculis in eodem capitulo) dorso et apice pilis flexuosis villosis, intus ad apicem viride reticulatis, calycis tubo longioribus; calycis albo villosissimi mox fissili dentibus setaceis valde plumosis; floribus roseis vix striatis; vexilli calycem parum superantis lamina basi obtuse auri culata, ungue aequilonga. b. Junio.

Armenia turcica. Egin: in collibus ad Salachlü die 25. junii 1890 leg. Sintenis (Exsicc. no. 2778).

Fruticulus circ. 15 cm. altus, caule 8 mm. crasso, habitu et indumento omnino *A. erythrocephalo* Fr. et Sint. similis, sed ab eo differt foliolis 3- (nec 4—5-) jugis, majoribus (10 mm. longis, supra medium usque 3·5 mm. latis) saepe rubro tinctis; spinis brevioribus 2·5—3 cm. tantum longis, stipulis magis acuminatis, apice glabris, floribus exstriatis. An hujus varietas?

Astragalus (XLV. Pterophorus) baibutensis Bunge var. *macropetalus* Freyn et Bornm. Omnia descriptione *A. baibutensis* in Fora orientali donata congruens, sed foliola utrinque crebre adpresso pilosa, canescens (nec viridia) et praesertim

flores circ. 22 mm. longi, calycem 15 millimetralem manifeste, superantes (nec eum parum excedentes) violacei. ♀. Exeunte maji.

Pontus australis. In planicie Artova supra Tokat 1400 m. supra mare die 31. majo 1890 leg. Bornmüller. (Exsic. no. 2131.)

Astragalus (LIX. Alopecias) chlorotaenius Freyn et Bornm. n. sp. e maximis subseriei Calycophysa. Elatus, ramosus, canle crasso, striato, foliato, polycephalo, cum petiolis pubescente, stipulis herbaceis triangulari lanceolatis longe acuminatis, multinerviis; foliolis ovato-oblongis, in caulis apice 17—23 jugis (basilaria non vidi), viridibus, utrinque sparsissime adpresso-emeque pilosis; capitulis densis obovato globosis, axillaribus brevissime pedunculatis subsessilibus, bracteis membranaceis ovato lanceolatis, calycis tubo brevioribus; calycis tubulosi ebracteolati patule hirsuti dentibus triangularibus tubo 4—5 plo brevioribus; floribus citrinis, venis (siccatio saltim) viridiusculis percursis, vexillo elliptico retuso valde recurvo alas superante, carina alis lamina vix latiore; legumine (juvenili) subcylindrico adpresso hirto. ♀. Exeunte majo floret.

Pontus australis, in herbidis planicie Artova ad pagum Jatmisch (prope Tokat) 1400 m. supra mare die 31. majo 1890 leg. J. Bornmüller (Exsic. 2117).

Dimensiones: Caulis metralis, infra inflorescentiam centimetrum diametro, folia floralia 20—28 cm. longa, 5—6 lata; foliola 28—30 mm. longa, 9—14 in triente inferiore lata vel minora; capitulum 4 cm. altum, 3·5 latum; calyx 12·5 mm. longus, 4·5 latus; vexillum 18 mm. longum.

Affinis *A. chartaceo* Led. a quo differt indumento caulinio et petiolorum praesente (nec deficiente), stipulis herbaceis (nec chartaceis), foliolis sub 20 — (nec sub 15 —) jugis, sparse pubescentibus (nec glabris), capitulis ovato-globosis, breviter pedunculatis (nec arete sessilibus), indumento calycis non adpresso, vexilli forma (nec rhombeo-ovata), legumine adpresso hirto (nec parce pubescente); ab *A. maximo* Willd. etiam affini differt indumento parco (nec crispule villosa, stipulis elongato-triangularibus (nec lanceolatis), spicis brevissime pedunculatis (nec sessilibus), ovato-globosis (nec oblongis), floribus majoribus, vexillo alis longiore (nec subaequilongo), legumine nec dense villosa.

Astragalus (LIX. Alopecias) genuflexus Freyn et Sint. n. sp. elegans e subserie Calycophysarum; pubescens, caule erecto genuflexo, striato, ad summum hirto, a basi ad apicem foliato, stipulis longissimis anguste triangularibus peracuminatis, subsetaceis, herbaceis, parce hirtis; foliis basilaribus longe petiolatis, caulinis breviter petiolatis, summis sessilibus, foliolis 20—30 jugis (in summitate et in foliis primordialibus paucioribus), oblongis, vel ovato-oblongis obtusis usque acutis (foliolorum primordialium elliptico orbiculatis), supra glabris, subtus adpresso hirtis; capitulis ex axillis supremis breviter pedunculatis, ovato-globosis, densiusculis (juniora ob bracteas

angustissimas lineares flexuosa acuminatas calyce eximie longiores comosa); floribus citrinis (sicco saltim) viride venosis; calycis ebracteolati tubuloso-campanulati patule hirsuti dentibus linearis subulatis tubo paulo brevioribus, vexillo (explanati) ex ungue obtriangulari abrupte lateque ovato, rectangulatim reflexo, alas oblongas retrorsum auriculatas manifeste superante, carinae alis brevioris lamina alis vix latiore, legumine (juvenili) hirsutissimo 24. Majo.

Armenia turcica. Karput, in montosis inter Hamedi et Karangerd die 21. majo 1889 leg. Sintenis (Exsicc. 344).

Dimensiones. Caulis (ex unico specimine) 40 cm. altus, stipulae 30 mm. longae, medio vix 1 mm. latae, folia radicalia cum petiolo usque 20 cm. longa, 2 lata, caulinis infera 25 cm. longa, 4 lata, summa minora; foliola foliorum primordialium 6.5 mm. longa, supra medium 4 lata; foliorum basilarium 11 longa, 3—4 lata; caulinum inferum 21 mm. longum, 4.5 latum; capitula circ. 4—4.5 cm. diametro; pedunculus circ. 1.5 cm., calyx etiam 1.5 longus; vexillum 20 mm. longum, bracteae 20 mm. longae, semimillimetrum latae.

Species habitu A. *Uhlwörniana* Freyn et Bornm. (indumento, capitulis laxis, calyce tubuloso et aliis notis longe diverso) similis, ob calycis forma vero A. *speciosa* Boiss., A. *Bornmülleri* Freyn et A. *chlorotaenia* Freyn et Bornm. affinis, sed ab omnibus hujus grege habitu et imprimis bractearum caracteribus nec non vexilli forma egregie diversa.

Astragalus (LIX. Alopecias) dichroanthus Freyn et Sint. E Calycophysarum subacaule subserie, patentim hirsutus, caule brevissimo basi subramoso, dense viloso et folioso, stipulis magnis herbaceis, infimis acuminatis glabris margine purpurascente barbatis, ovato-lanceolatis, summis late ovatis, foliis breviter petiolatis inflorescentiam superantibus; foliolis 25 ad 31 jugis sub approximatis, complicatis, ovato-oblongis, obtusis, supra glabris subtus sparse pubescens, margine purpurascente ciliatis; racemo arcte sessili longe cylindrico, laxisculo, multifloro; bracteis linearibus acuminatis, calycino tubo subduplo longioribus, calycis tertia parte brevioribus; calycis ebracteolati longe hispidi tubulosi subinflati dentibus linearibus acuminatis tubo subduplo longioribus; floribus sulfureis dein purpurascens; vexilli porrecti parum recurvi lamina emarginata a basi angulata linearis-oblonga elongata manifeste panduriformi, alis eximie longiore, carina subtus angulo obtuso curvata, alis aequilonga et latior; ovario styloque glaberrimo; legumine... 24. Junio.

Armenia turcica, Keban-Maden in montosis ad Denislü die 21. junii 1889 leg. Sintenis (Exsicc. 819).

Dimensiones: Caulis 5 cm. altus; ramulus 2 cm. longus; stipulae infra racemum sitae 2.7 cm. longae, 1.5 latae; folia adulta circ. 20 cm. longa, 2.4 lata; foliola usque 1.8 cm. longa et 0.8 lata; racemus 15 cm. longus, 4—4.5 diametro; calyx 2.2 cm. longus tubo

8 millimetrali; vexillum 2·8 longum, 0·6 latum; carina 2·3, alae 2·35 cm. longae.

Species elegans, caule humili et toto habitu cum *Astragalo pectinato* Boiss. et *A. bracteoso* Boiss. et Noë tantum comparanda, priori magis affinis et inter umbo fere media. Differt nostra ab *A. pectinato* stipulis latioribus, bracteis, calycis dentibus linearibus (nec subulatis), vexillo vix (nec valde) recurvo emarginato, alis manifeste longiore (nec breviore), carina alis aequilonga (nec brevior) etc.; longius distat ab *A. bracteoso* indumento, stipulis latis (nec longe lanceolatis), foliolis pluifjugis, bracteis calyce majore brevioribus (nec eam aequantibus), calycis dentibus tubo subduplo longioribus (nec paulo brevioribus), vexilli directione et glabritie ovarii. An nostra varietas *A. pectinati* Boiss.?

(Fortsetzung folgt.)

Nachträge zur „Flora bulgarica“.

Von Dr. J. Velenovský (Prag).

(Schluss.¹⁾

Sedum Stříbrnyi sp. n. 24. Perenne, glabrum, laxè caespitosum, caulinis ascendentibus ramosis, sterilibus inordinatim quinquefarim foliatis, foliis carnosis oblongo-cylindraceis obtusis basi obtusa albida deorsum appendiculatis, foliis caulinis sparsis, cyma 2—3 fida ramis valde elongatis dissite floribus obsitis, floribus praesertim inferioribus evidenter pedicellatis, calycis laciniis oblongis, petalis 5 nis luteis late lanceolatis longe tenuiter acuminatis calycem duplo excedentibus, antheris luteis, carpellis conicis sensim longe setaceo-acuminatis. Floret julio.

Caules 10—15 cm longi, folia caulinata 10—15 mm \times 2 $\frac{1}{2}$ —3 mm, petala 8—10 mm longa.

Ad Stanimaka detexit amicus Stříbrný, cui hanc plantam dedico.

Diese neue Art kann auch als Rasse zu dem *S. Sartorianum* Boiss. gezogen werden, wenn Uebergangsformen zwischen beiden vorkommen. Vom *S. Sartorianum* ist das *S. Stříbrnyi* verschieden: durch grössere Gestalt, viel grössere Blätter, zweimal grössere und deutlich gestielte Blüthen, welche sehr verlängerte, lockere Trauben bilden. Durch diese Merkmale ist dasselbe auch vom *S. acre* und *S. sexangulare* weit verschieden.

Saxifraga Aizoon Jacq. var. *moesiaca* m. Caule graciliore, minore, floribus minoribus interdum luteolis, rosulis filiorum minoribus globosis, foliis antice obtuse spathulatis. Ad Dubnica legit cl. Forel. — Eine niedliche, gracile Form der variablen Stammart.

¹⁾ Vergl. Nr. 12 des vorigen Jahrganges.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1892

Band/Volume: [042](#)

Autor(en)/Author(s): Freyn Joseph Franz

Artikel/Article: [Plantae novae Orientales. 8-14](#)